

Jacob Lembke

Programma, Quo Rector Universitatis Rostochiensis Jacobus Lembke/ I.U.D. & Profess. Ordinarius, Matronarum Ornatissimae Dorotheae Pritzbaurin/ Viduae Rotenbachianae, Funus, hoc ipso 29. Martii die deducendum, solenniter indicit, & ad eundem Exequias Omnium Ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. Sub Sigillo Rectoratus, die 29. Martii, Anno 1677.]

Rostochii: Kilius, [1677]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn773017100>


Druck Freier  Zugang



Lembke, J.,
in
D. P r i t z b a u r,
viduam G. Rotenbach.

Rostock. 1677.

36.




PROGRAMME
REGTOR
UNIVERSITÄT VON ROSTOCK

JACOBLISCH
I. B. C. v. P. v. P.

PHYSIOLOGIA
ROSENBACHIANE.

ROSENBACHIANE.
PHYSIOLOGIA

PHYSIOLOGIA
ROSENBACHIANE.



PROGRAMMA,

70.

^{QVO}
RECTOR

UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS

JACOBUS Lembke

J. U. D. ac Profess.

Ordinarius,

MATRONARUM Ornatissima

DOROTHEÆ

Witzbaurin /

Vidua

ROTENBACHIANÆ,



hic ipso 29. Martij die deducendum,
solenniter indicit,
&
ad eundem Exeqvias
Omnium Ordinum CIVES ACADEMI-
COS serio studiosèq; invitat.

Conventus fiet in Æde Marianâ Horâ 1. pomerid.

ROSTOCHII, Typis Hæred. JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.



RECTÈ verèq; ipsis etiam creditum est *Gen-
tilibus*, humanæ vitæ conditionem præcipuè pri-
mo & ultimo pariter die contineri. Enimverò
plurimum interesse, quibus auspiciis inchoetur,
& quo fine claudatur, quemadmodum ii ipsi,
quorum meminimus, Gentiles saniores arbitrati sunt, ita nos,
qui *Christiani* audimus, & nascendi conditionem, moriendiq;
artem docti longè sumus curatiùs, à principio & clausulâ vitæ
nostram mortalium sortem omnium metimur simpli-
cissimè. Hinc eum demùm felicem judicamus esse, cui & ac-
cipere lucem prosperè, & reddere placidè contigerit. Medii
temporis cursus, (verbis è VAL. MAXIMI lib. 9. cap. 12. de-
sumtis utimur) prout fortuna gubernaculum rexerit, modò
aspero, modò tranquillo motu peragitur; Spe sæpè minor,
dùm & cupidè votis extenditur, & ferè sine ratione consumi-
tur. Nam etsi benè utieo (pergit VALERIUS) volueris, etiam
parvum amplissimum efficies, numerum annorum multitu-
dine operum superando. Alioqui quid multum attineat, in-
erti morâ gaudere, si vitam exigere magis, quàm approbare vi-
dearis? Cui hanc hodiè scribendi operam impendimus, MA-
TRONARUM præstantissima, atq; octogenaria, quæ raris-
sima hodiè ætas est, major, illa verò & feliciter nata, & beatè
defuncta est. Mediorum quàm etiam temporum cursum ita
direxit semper providè, uti tot tantorumq; annorum spacia
præclarissimorum operum multitudine quàm longissimè ex-
supe-

superarit. Nil autem in omni vitâ versare atq; agere deprensâ est studiosius, quàm quæ morienti sibi aliquando viderentur servitura. Neq; enim nescierat, plurimum utiq; interesse, quo quis sine mortalium consortiis eriperetur. Id verò omnium ignorabat minimè, quotquot heic incolemus, nil esse omnino aliud, quàm homines, hoc est, ad unum omnes, parvos, amplos; pauperes, divites; juvenes, senes; morti obnoxios. Nos præeuntem, & sanctissimas versantem meditationes MATRONAM secuti, pariterq; circa corporum nostrorum fragilitatem hâc ipsâ occasione occupati, ita arguimus: Si tot rebus præclaris eximiisq; ORNATISSIMA, & in quâ nihil protritum aut vulgare erat, avertere mortem aut declinare minimè potuit, quid, quæsumus, vilior fiet turbâ, aut iis, qui præ ipsâ illâ (de *Tiresia* HOMERO id asseveratum) umbrarum instar volitant, atq; in nullam propè veniunt comparationem? Neq; profectò inscitè aut ineleganter *Lucretius* mori nesciam mortem dixisse videtur. Enimverò si à primis quasi Mundi incubulis mori siveverunt homines, cerrumq; est, nullos etiam deinceps fore, qui nanquam vitâ aut seculo egrediantur; ecquando existimes desituram aut moriturâ mortem? Sed enim quamvis natura ita nostra ferat, aut indoles, uti vel ad nudam ejusdem mentionem cohorrescamus, & panico quasi quodam terrore confundamur, tamen si animum collegerimus rursus, reputarimusq; non esse eam perfunctionem vitæ, sed lapsum (uti veteres inquebant) erroris; neq; tam veluti poenam à DEO, quàm remedium potiùs, & metam quasi laborum omnium ærumnarumq; datam esse, multò certè præstabit, aspernari mortem ac despiciere, quàm pede utroq; fugere velle. Sanè enim vel ipsi Sectæ nostræ Principi Auctoriq; CHRISTO luculentissimè monitum, ne timeremus, qui vitâ exuere nos possent quidem, ceteroqui nullum in animam nostram jus, aut potestatem nullam habituri, ut quæ planè sit inviolabilis. Scilicet non perennantem ille promittit nobis vitam, sed de morte

te

te nostra, quam obire quemvis oporteat, admonet, inquit; ipsam illam idcirco in nos derivari, quod multo conferat nobis dona excellentiora, quam unquam nondum die nostram sancti, sperare poteramus. Quam de re tamen in praesens philosophari prolixius, minimè attinet; Veniendum enim nobis ad MATRONAM est nostram, exponendumque de eâ, quæ in hujusmodi funerum indictionibus commemorari ac recenseri hæcenus siveverunt.

Nata est Anno superioris Seculi 96. ipso MARGARITÆ die; Patre quidem VIRO Eximio Præstantissimoque; DN. MARTINO *Prigbaur*/ diversorum in hoc ipso Ducatu prædiorum Præfecto; Matre verò, DOROTHEA *Belowen*/Feminarum ornatissimâ. Avus paternus fuit DN. ANDREAS *Prigbaur*/ Vir honoratissimus; Avia paterna, præclarum sexus sui decus, APELONIA *Behren*. Avum maternum habuit ALBRECHT *Belowen*/VIRUM insignem; Aviamque maternam, ANNAM *Holsten*/ pariter ordinis sexusque; sui singulare ornamentum. Ut primum natam destinârunt S. Baptismi lavacro parentes providi optimique; uti ab eapte labe, quam nascendo contraxerat, purgata, alterius meliorisque; vitæ, ceu CONSERVATORI jam suo inserta, particeps redderetur. Dein verò, procedente ætate, nil, hac ipsâ denuò interveniente parentum curâ, intermissum eorum est, quæ bellè eleganterque; educandæ crederentur factura. Apta tandem conjugio, VIRO prudentissimo & Spectatiss. DN. GEORGIO *Rosenbachen*/ *Malchinsum* Senatori, feliciter Anno hujusce Seculi 23. 1. Adventus Dominicâ, juncta est. Quo ex toro nati filius unus, & 2. Filia, è quibus natu junior, CATHARINA, filiusque; is ipse unicus ANDREAS tenerrimâ ætate diem obiere suum. Grandior natu filia, DOROTHEA, in laudem seculi nata virago, prænobili & amplissimo VIRO, DN. HINRICO *Robowen*/ Consiliario Mecklenb. nupta est, felici planè & sæ cundo sidere; ceu ex
qvâ

quâ copulâ septeni ordine liberi prodierint; sc. MARGARI-
 TA, ANNA-DOROTHEA, CATHARINA-ELISABETHA,
 REGINA-SOPHIA, ANNA-DOROTHA II. GUSTAVUS,
 & GUSTAVUS-HINRICUS. Equibus AN, DOROT. I, pa-
 riterq; II, item GUSTAVUS originem jam repetiere suam,
 Cælo, undè venerant, redonati. Inter superstites Filias
 primum principemq; occupans locum, MARGARITA, VIRO
 Clarissimo & Consultissimo, DN. HINRICO Hasbergen/
 J. U. L. Consistoriiq; apud nos Ducalis Procuratori, & Advoca-
 tato eximio, solennibus sese faustisq; nuptiis sociavit, eun-
 demq; V. liberorum, seu AGNETÆ-DOROTH. MARGA-
 RITÆ-ELISAB. HINRICI, jam denati; HINRICI-FRIDE-
 RICHI, & PETRI, parentem fecit. Ceterum adfunctam est
 nostram redeundum. Cujus tertio natali loco Neptis, CA-
 THARINA-ELISAB. Clarissimo Doctissimoq; VIRO, DN.
 JOANNI FRIDERICO COTHMANNO, Ducalis Consistorii
 Protonotario eximiè merenti, Celeberrimi Parentis Optimo
 Filio, elocata, Filiolâq; hætenus unicæ ejusq; perelegantis,
 Mater facta. REGINA-SOPHIA & GUSTAVUS-HINR. cum
 jam nuptis Sororibus, svavissimæ Avix discessum & funera
 acerbissimis lacrimis prosequuntur. Quam viventem etiam-
 num uti mira identidem comitata est felicitas, sic sæpenu-
 mero subsequuta non minus tristitia sunt & acerba quæq;ve;
 prout ferre hæc nostra mortalium sœvit conditio: neq; enim
 hætenus extitit omninò quisquam, cujus prospera non ali-
 quo cruciatuum dolorumq; confinio læderentur. Princeps
 ei visa calamitas, quod tanto & tam caro sibi Marito orba-
 retur. Neq; minor multò fuit, quòd tam præclarum Ge-
 nerum, filiarumq; seniore, (ut de liberis reliquis tacea-
 mus) in quâ, post DEUM, non minutam spem fixerat,
 quamq; ætatis tam grandis suæ veluti scipionem quendam fu-
 turam crediderat, inverso quasi naturæ ordine, præmittere
 cogeretur. Quamquam præterea etiam, ex quo MALCHI-
 NI


NI hæreret, per tot ibi, tamq; latè sese diffundentia iacenda, experiri coram iussa est, quæ vel maximè absentibus creare cordolium, atq; incutere horrorem possint. Ipsa tamen patientissimè omnia perferre, neq; murmurare; neq; qveri fortunam, nec quicquam eorum, quæ cælitùs immitterentur, repudiare. Ceu quæ oppido gnara foret, DEO ista nolente non fieri, inq; salutem sciret cessura suam etiam illa, quæ vulgo videri noxia quirent. Quùm tantâ in adversis, cujus etiam cunq; generis forent, æquanimitate extiterit, nemo credere atq; existimare habeat, tanti tamq; inusitati senii incommoda impatientius tulisse. Quin hoc! deprensâ semper est animosior, quò ingruerent anni magisq; & magis, quoq; ipsa certius intelligeret, sese abs morte propiùs ab futuram. Ubi monere id præcipuè habemus, postquam res valetudinis ire cotidè in deterius inciperent, neq; recuperandæ vel spes, vel votum in tantâ grandævitate foret, admirabili sese studio ad *εὐθανασίαν* præparasse. Quam profectò curam nullo etiam alio vitæ tempore (uti sub initium commentationis monere meminimus) neglexerat. Proin, quia de cæusario seniliq; corpore brevi rem confectum iri haud yana augurabatur, animam refecit eo medicamine, quo adversus spiritualem mortem, si rectè usurpetur, nulum temerè validius est præsidium. Cæna, inquam, Dominicâ, ministrante Rev. DN. BERNHARDO MÜLLERO, Diacono Mariano, pavit se, eoq; tanquam preciosissimo Viatico, illi, quod mox ingrediendum instabat, itineri præparavit. Nulla ei in ore, ex quo decubuit, & ceteroquin etiam, frequentior vox fuit, quam SOSPITATOR JESUS. Nullaq; dein aliâ de re, quam de futuro seculo, & cælestium, quibus brevi admiscenda foret, egregiâ conditione differentem, qui præsto erant, audivere. Id verò etiam profatam credimus; si fors quis largiretur, uti ex istâc ætate repuerasceret,

sceret, & in cunis vagiret, valdè recusaturam: neq; enim placere, quasi decurso spacio, à calce ad carceres revocari: nec habere vitam hanc commodi quicquam; habere potius laborem molestiamq;: veniret igitur jam saltem DOMINUS, neq; cunctaretur. Quà utiqve beatâ discedendi præparati- one eò uti promptior poterat, quò studuerat semper impensius, uti vitam ageret ab omni scelere non tantum flagitioq;, sed ab omni etiam luculentiori labe quàm maximè alienam. Enim- verò rectè monitum supra nobis est, medii temporis cursum tam direxisse cautè pieq;, ut annorum spacia multitudine præstantium operum longissimè supergrederetur. Potissima autem, quoad viveret, cura fuit, ut cum SUPREMO NU- MINE penitus conciliaretur, quoties offensum abs se irrita- tumq; nosset. Domi privatimq; identidem de rebus divinis loquiatq; agere; sed & ea magno ardore adire loca visa est, in quibus publicitus DEI oracula celebrabantur. Et quia istâ in eum ipsum DEUM mente erat, non poterat deteriore etiam esse erga proximum. Quem de sese queri adeò ferre non poterat, uti inopiam potius ejusdem, quibus unquam liceret modis, sublevaret. Enimverò nunquam plenè res pietatis conficitur, nisi proximum tuum ames, veluti te- metipsum. Frustraq; ea omnis est fides, imò planè est mor- tua, quæ per charitatem sese minimè exerat. Proin quie- quid rerum fortunarumq; ex incendio, ut verè ita loqua- mur, & ante etiam istud supererat, ita tractandum usurpan- dumq; existimavit omne, uti non sola possideret, sed in con- sortium etiam ejusdem venire pateretur eos, quos tempo- rum procurrentium diritas suis involvisset fortunis. Ma- gnæ præterea modestiæ fuisse refertur, adeò uti animos nun- quam gesserit elatiores, semper usa submissioribus, quiq; fa- cile cuivis, etiam longè minori, cederent. Eximiè quin etiam accepimus loqui sveram de iis, qui ceteroqui non
fati

latis præalare de ipsâ mererentur. Neq; enim retinentē professā est oportere esse injuriarū, quū tot cotidie nobis injurias PATER noster cælestis, tamq; promptus condonet. Quæ ceteroqvi vitam ornare humanam Virtutes adsolent, eæ ipsam quoq; mirificè condecoravere, ut pfectò jacturam in tantâ MATRONA fecerimus majorem, quàm existimari fors credivè possit; rectèq; nos scripserimus (tertiū id inculcamus) mediū temporis cursum ita direxisse gnaviter, uti longævitatē spacia æternâ memoriâ dignissimorum operum multitudine transcenderit. Ceterum 22. hujuscē MARTII die placidè pièq; in DOMINO obdormivit, postquam rarissimo, uti diximus, exemplo LXXXI. annos vivendo confecisset. Funus Consulitissimus DN. L. Haßerß/ ejusq; CARISSIMA, ceu in quorum manibus, hîc aliquamdiu jam morata, quasi expiravit, procurabunt. Vestrarum jam igitur partium fuerit, CIVES ACADEMICI, frequentes ire Exequias; Id quod uti prolixè faciatis, cū MATRONÆ tantoperè abs nobis laudata Virtus; tūm quā nata est ipsa non tantūm, sed etiam quam natam ex sese vidit, eximia planè atq; præclara Familia, monere vos possunt. Nos verò etiam studiosè ipsum idem seriòq; abs vobis contendimus.

P. P. Sub Sigillo Rectoratus, die 29. Martij,
Anno 1677.







sceret, & in cunis vagiret, valdè recusaturam placere, quasi decurso spacio, à calce ad carcer nec habere vitam hanc commodi quicquam; h laborem molestiamq;: veniret igitur jam saltem neq; cunetaretur. Quà utiqve beatâ discedend one eò uti promtior poterat, quò studuerat sempe uti vitam ageret ab omni scelere non tantum flag omni etiam luculentiori labe quàm maximè alie verò rectè monitum suprâ nobis est, mediî tem tâm direxisse cautè pièq;, ut annorum spacia præstantium operum longissimè supergrederetur autem, quoad viveret, cura fuit, ut cum SUI MINE penitùs conciliaretur, quoties offensum tumq; nosset. Domi privatimq; identidem de loquiatq; agere; sed & ea magno ardore adire in quibus publicitùs DEI oracula celebrabantur in eum ipsum DEUM mente erat, non pote etiam esse erga proximum. Quem de sese qu non poterat, uti inopiam potius ejusdem, qu liceret modis, sublevaret. Enimverò nunq pietatis conficitur, nisi proximum tuum am metipsum. Frustraq; ea omnis est fides, imò tua, quæ per charitatem sese minimè exerat. quid rerum fortunarumq; ex incendio, ut v mur, & ante etiam istud supererat, ita tractan dumq; existimavit omne, uti non sola possider fortium etiam ejusdem venire pateretur eos rum procurrentium diritas suis involvisset f gnæ præterea modestiæ fuisse refertur, adeò u quam gesserit elatiore, semper ùsa submissio cile cuivis, etiam longè minori, cederent. etiam accepimus loqui sveram de iis, qui

